Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Veneranda, uictu uero tuum impleat horreum
Fames enim tibi omnino ignauo calamitosa uiro.
Huic uero iuste succensent et boues, qui ignauus
Viuit, fucis absconditis habentibus caudam similis impetu
Qui apum laborem exhauriunt ignaui
Edentes, tibi uero opa cara sint mediocria ornare
Vt tibi tempestiuo uictu abundent horrea
~~Ex~~ opere uero homines abundantes pecoribus diuitiisque
Et laborans multo carior immortalibus
Eris atque hominibus, ualde enim oderunt ignauos
Labor uero non est probrum ignauia uero probrum
Si uero labores fortassis te imitetur ignauus
Diuitem, diuitiis autem comes et uirtus et gloria
Deo uero similis possis esse, laborare igitur melius est.
Si ab alienis possessionibus noxium animum
Ad laborem uertens cures uictum Vt te iubeo
Pudor uero non bonus egenum uirum deducit ut occupet
Pudor qui uirum ualde laedit atque iuuat
Verecundia sane ad infelicitatem, confidentia uero ad felicitatem
Diuitiae uero non ui aut fraude acquisitae sed
diuinitus datae multo meliores
Si-n quis etiam manibus uiolentia magis diuitias capiat
Aut hic per linguam praedam, quae multa
Sunt, postquam lucrum mentem deceperit
Hominum, pudor uero impudentiam a tergo sequ